

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora XII. Oratio ad trinum Campanæ pulsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

III. Demum intimâ devotione, attentione & reverentiâ, gratiarum actionem persolve; & Dei profusam beneficentiam agnoscens, fiducia filiali in sinu paternâ ius providentiae conquiesce.

IV. Discute breviter quâ tempore mensa te gesseris: si deliqueris, veniam petitionatum offer, de novo propone, alacrius consueta exercitia perage, nunquam de cibis conquerere, vilissimis etiam ob peccata tua indignum te judica: nec tantioranum exiolle: hæc enim Sacerdotem ad delicias coelestes anhelantem dedecent.

H O R A XIII.

Oratio ad trinum Campanæ pulsum.

I. Christus factus est pro nobis obediens, usque ad mortem, mortem autem Crucis. Ave Maria. II. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Ave Maria. III. Ut in nomine Jesu omne genitum flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ave Maria. Qui passus est pro nobis, misereatur nostri.

V 7

Oremus



Oremus.

Deus qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici tui nobis expelleres potestatem; concedeni- bis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

RELAXATIO ANIMI.

Cum mensa statim graves seriōsque labores aut studia resumere, sanitati visibüsque corpori: & animi non conducat; relaxatio nonnulla adhiberi potest, qua animis jugiter studiis, precibusq; occupatis, non minus necessaria sepe est, quam cibis corporibus: Ab Aristotele L. I. Rhet. c. 38. enumerantur hæc: relaxatio, intermissio, iudi, quies. Ordinariè magis convenit quies cum aliquo colloquio jucunde pio, & piejucundo; & erit relaxatio, honesta, utilis. Amenai

I. Finis Relaxationis.

II. **E**linis ad quem recreatio animi dirigi genda est nova alacritas & robur ad labores mentis & studia peragenda ad maiorem Dei gloriam. II. Mutua inflam-

malicio



matio in spiritu; charitatis fraterna conservatio; in servitio divino latitia. III. Zeli animarum excitatio, rerum spiritus alium major cognitio, & acquisitionis habitus cum proximo colloquia spiritualia miscendi.

II. Materia Colloquii.

RES quae adducuntur in Colloquium sine bone. I. Quoad substantiam; ut sunt res omnes pia, cœlestes & divinae. II. Vel bona ex fine, ut sunt adiaphora seu indifferenta, bona intentione prolatæ. III. Et bone quoad modum; ut ea quæ par est causæ, modestia, reverentia, serenitate, moderatione vocis ac corporis totius compositione proferantur. Hujusmodi præcipue sunt. 1. Mysteria Fides, beneficia divina, iusta Dei iudicia, opera naturæ gratiae, gloria, premia & supplicia. 2. Exempla varia & specula omnis perfectionis, dicta, facta, cogitata ex vita Christi, B. V. Sanctorum, aliarumq; personarum illustrium. 3. Media ad triplicem viam perfectionis spectantia, industria & praxes. vitia extirpandi, virtutes inserendi, & in omnæ perfectione proficiendi.

III. Mæ-

III. Media obtainendi loquela
Spiritualem.

PRimum est. Solida rerum divinarum
meditatio. II. Multa sacra scripturae &
librorum asceticorum lectio. III. Sedula
in concionibus & lectione mensa attentio.
IV. Crebra doni linguae spiritualis petitio.
V. Solers annotatio, & preparatio ad pia
colloquia: si enim Filii hujus seculi adver-
saria conficiant silvam rerum curiosarum
conquirant, ad facundè diserteque de re
quavis mundana differendum; quidni
Sacerdotes & Religiosi, tanquam Filii hu-
cis, Filii seculi non cedant in industriis
spiritus & aeternæ salutis: VI. Ante om-
nia verò juvabit intimus ardor rerum spi-
ritualium, & fervens proprii alieniq; pro-
fectus in spiritu desiderium: nam ut Sal-
vator ait: Ex abundantia cordis os loqui-
tur. Mat. 12. Et hoc quisq; ructat quod
bibit: atque ut D. Prosper feribit: Hoc
loquuntur qui que quod diligunt, & dele-
etabiliter audiunt, quod assiduis cogitati-
onibus volunt. lib. 3. de vit. contempl. c. 6.
VII. Denique plurimum confert continua
exercitatio. Fabricando fabri simus.

IV. Ex



IV. Exempla Sanctorum
jucundè colloquentium.

Sermo vester, monet S. Paulus ad Colos. 4. semper in gratia sale sit conditus. Id est non sit insulsi & insipidus, sed sa- pidus & gratus, jucundè prudens, & prudenter jucundus. Magister hac in ar- ticolatu Christus Dominus: quam a- moenas, quam sancta & divina colloquia cum Matre sua beatissima, & S. Josepho in Nazareth miscuerit: quam multa & admiranda eis revelaverit: quam ineffa- bili sermonis dulcedine eos recreaverit: quam amabili divina charitatis flammæ us succenderit? Magistrum hunc imitati sancti Discipuli. S. Antonius Abbas ma- xime gratus erat in colloquiis, ut re- fert Nicephorus: l. 8. c. 40. S. Basilus nat in cœtibus jucundus, festivus in nar- rando, argutus in jocando, ut scribit S. Gregorius Nazianenus Orat. 20. n. 95. De Thoma Moro restatur vita Scriptor Thomas Stapletonus: ut vir erat prudens & suavis, moribus severus, consilio al- tus; ita quoque erat in vita conversatio- ne mirè suavis, lepidus & facetus. S. Ignatius

vins Lojola, ut narrat Maffeius l. 3: vlt. o. 12. Remissionis causâ de rebus hanc ita seruis, mo' estiue sermones habebat iunctus. Similiter S. Martinus Ep. & alii complures. Hos imitari conare.

V. Quinque Fontes dulcedinis & jucunditatis in colloquiis adhibendi.

Non quid sôns de eodem foramine emanaat dulcem & amaram aquam, quarit S. Jacobus Ep. c. 4. 2: In ore homini id prô dolor! crebrè nimis accidit, dum jam dulcia Deo, proximoq. grata, iam amara & ingrata depromit. Id verò ne tibi continet aperi sequentes fontes dulcedinis, amaritudinis claudere:

I. Tractatio rerum spiritualium de celo, & cœlestibus; de vita Christi & Sanctorum dulcis est; non quidem mundanis, instar febricitantium, palatum infectum habentibus, quibus hoc mel, amarum videtur absynthium; sed Sacerdotibus piis & Religiosis, qui gustarunt, quam suavis sit Dominus De dilectis dulcologui.

II. Varietas delectat, & rerum, & personarum quibuscum sermocinamur: Hinc

n.



vitae
ita
una
omni
jul.
ma
erit
pro
dul
tin
a
co
an
nis
um
vi
oii
vis
per
linc
ne

vendem orambem s̄epius recouas: ne
um iisdem semper agas, ut particularis
micitia suspicionem effugias. Neque iis-
dem de rebus, nec in omni tempore, nec
similiter delectamur, inquit Tullius L. R.
Officiorum.

III. Recreat in interrogandi, respondendi
viciſſitudo in colloquio. Unde ne nimi-
us sermonem protrahas, aut concionato-
rum agas; audi quoque libenter alios. Si
allocutiones, questiones & responsiones
prudentes, & sodalium ingenii, moribus,
iudicis accommodatae sint, jucunditatem
admirabilem adferunt.

IV. Delectat quoque in tempore hōne-
torum, religiosorumque jocorum ac face-
iarum prolatio, quæ prudentiam moderetur
& virtus regat; à S. Thoma dicta jucun-
ditas, ab aliis urbanitas, à Gracis En-
trapelias

V. Exhilarat denique & excitat suo
tempore & loco jucunditas à musico con-
tentu orta. Musica latificat cor. Eccli. 40.
Prasertim pia sanctaq; cantiones & affe-
tus melodie, ad quas hortatur Aposto-
lus ad Ephes. 5. Loquentes vobis met ipsis in
Psal-

psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Deo.

VI. Quini Fontes amaritudinis à Colloquis proscribendi.

I. Utanda in conversatione humana, tetrica morositas, seu rusticitas: quam explicat Aristoteles, inquiens: Qui autem neque ipsi quidquam ridiculi dicunt, neque alios dicentes a quo animo patiuntur, rusticci ac duri sunt. Itaque in uoce, uulnere, gestu, & rotius corporis compositione, non inordinata tristitia, sed spiritus alis latitiae, non mundana levitas, sed matura gravitas & sacerdotalis modestiare splendeat. Caveant hic sibi Melancholici, & saltē libenter amēna audiant ab aliis, gaudentque quod alii latentur, nec invideant, aut honestam volupratem ab urbanitate fluentem impediante.

II. Cavenda contentio & altercatio, quā nihil amariūs, utpore qua omnem sermonis suavitatem corrumpit. Hinc recte monet S. Ambrosius L. 1. off. c. 22. Abstinentia pertinax infamiliari sermone contentio tollit enim pacem, concordiam, & so-

cialē

ialem amorem fraternitatis. Vitandi
igitur omnes inordinati motus animi, ut
impatientia, superbia, contemptus alio-
rum, invidia, temerariae suspicionis, item
interpellatio, reprehensio, correctio, exte-
nuatio, &c. Si tamen contrariae fueris
sententiae, licebit rationes modestè proferre,
non victoriae reportanda sed veritatis in-
daganda aut illustranda amore: licebit et-
iam discursus promovendi gratiā nonnul-
la opponere. Dic aliquid contra, ut duo si-
mus, dicebat Assentatori in omnibus af-
sentienti Seneca l. 3. de ita.

III. Eliminanda quoque è recreatione
disputationes speculativa de rebus subti-
lissimis, sive naturae, sive artis, sive etiam
divinitatis: qui animos studiis fatiga-
tos, amplius fatigant, & intendunt, quos
relaxare oporteret.

IV. Proscribendi ab animi relaxatione
sales ac joci illiberales, ironiae pungentes, ac
sarcasmi mordentes: licet enim per hac cri-
sus excitetur; is tamen qui pungitur loco
injucunditatis, amarorem sentit.

V. Denique excludendum quidquid
familiare colloquium injucundum redde-
re

repotest sive in factis, sive in dictis. Veluti
in factis immodestia, levitas, clamor, ca-
chinnus, singularitas, solitudo. In verbis
adulatio, laus propria, narratio proprio-
rum gestorum ad facieratem audientium,
scurrilitas, nimis effusa letitia, nimia in-
loquendo libertas. Postremo non nimium
relaxatio protrahatur, omnium enim re-
rum satietas est & tedium; sicut in comae-
diis, venationibus, sessionibus, ambula-
tionibus ita & in colloquiis.

VII. De aliis recreationibus & Ludis.

Lodus triplex est. I. Totus pendens à for-
tuna. II. Totus pendens ab industria.
III. Mixtus. Lusum tria jucundum red-
dunt, quies à seriis, propensio ad lusum, &
victoriam. Ludus honestus modestusq; ni-
hil peccati scandalive continens, Clericis
Religiosisq; denegandus non est: nam sine
eo manca, ab omni hominum generete-
creatio existimatur.

I. **Ludus totus pendens à fortuna** est
alearum, qui Clericis & Religiosis per va-
rias leges pontificias & synodales prohibi-
sus est.

VI. Ludus totus pendens ab industria
Est arte est lusus latrunculorum seu scac-
chorum: qui cum caput ingenium con-
tentione studiorum fessum amplius fatiget,
a recreatione allegatur a multis, cum Ca-
jetano Card. 22. q. 26. scribe: Lusus
quanto magis industrious, tanto minus
quieti rationis sensuumque convenit: ideo
absolutè loquendo ludus scacchorum pessi-
mus est in ordine ad finem ludi.

III. Ludus mixtus est, trudiculorum,
quibus in mensa panno strata globuli ebur-
nei per portam trudendo mittuntur: item
spheristri, pilæ et alii, partim ab indus-
tria partim a fortuna pendentes, et mo-
tum aliquem corporis adjunctum habentes,
ab quem tanquam valetudini tuenda sa-
lutares a Celso Galenoque judicantur.

IV. Observanda leges ludi: nec animus
nimium immersendus: vitanda contentio:
imitandusque Theodosius Gothorum Rex de
quo ludentes scribit Sidonius: Patienter
expectat, in bonis jactibus tacet, in malis
ridet in neutrīs irascitur, in utrisque phi-
losophatur. l. 2. c. 2. de agric.

V. Ad extremum arcenda a ludis
chorea

choreæ & saltus præsertim cum altero se-
xu quæ vel maxime Clericos, & Religiosos
dedecent, nec sine Laicorum scandalo in-
stituuntur. S. Franciscus Salesius in Intro-
ductione ad vitam devotam scribit, cho-
reas fungis similes esse, inter quos, qui vi-
dentur meliores non hilum valent. Ordi-
nariè enim comitantur vanitas, luxus,
inepta latitia, profusio, compotatio, amor,
nox, periculosi sane consiliarii, & magistri
perversi: hinc, nisi cadere velis in hoc lu-
brico, memor fragilitatis tuae toties im-
pugnatæ, utinam invictæ, ista fuge.

HORA I.

Examen Particulare.

Præclaræ methodus extirpandi vitia &
virtutes inserendi est Examen particu-
lare à S. P. Ignatio exactè traditum in
Libello Exercitiorum; quod non velut ge-
nerale omnia simul vicia persequitur, sed
unum particulare vitium, aut partem il-
lius expugnandam, aut virtutem aliquam
acquirendam, aut actionem ordinariam
reformandam suscipit: facilius enim hostes
vincit, qui successivè, quam qui omnes
simul aggreditur.

Praxis

I. hoc ve
mète.
resister
II. proposi
aut vi
mox do
aliis pr
III. rundo e
male,
rum a
rurus
virtuo
tisigna
made c
pumer
verò c
Tab
ex
Domin
Feria
Feria
Feria
Feria
Feria
Sabba

IV.
mag

Praxis Examinis particularis.

I. Manè post preces maturinas firmiter statue, hoc vitium quod oppugnandum elegisti, & maximè infestat, omni diligentia evitare, eidemque resistere, & auxilium divinum efflagiter.

II. Per diem aliquoties, v. g. ad hora sonum, propositum hoc renova, actum vitio contrarium, aut virtutis praefixa elice: ac quoties impingis, mox dolorem excira, percuesso (quod etiam clam alii præsenribus fieri potest) pectore.

III. Post prandium, singulas horas percurrente examina, quæ te medio isto die gesseris, si male, idole, & meliora propone, lapsuum numerum annota: si bene, gratias age. Sub vesperum iuris examen institue, defectuum, aut actuum virtuosorum numerum in libello ad hoc preparato signa, diem cum die, hebdomadem cum hebdomade confer, profectus rationes ini, & cura ut numerus defectuum indies decrecat, virtutum vero crescat juxta adjectas tabellas.

Tabula Vitiorum
exitipandorum.

Dominica	—
Feria II.	—
Feria III.	—
Feria IV.	—
Feria V.	—
Feria VI.	—
Sabbatho.	—

Tabula Virtutum
inferendarum.

Dominica	—
Feria II.	—
Feria III.	—
Feria IV.	—
Feria V.	—
Feria VI.	—
Sabbatho.	—

IV. Materia Examinis [ubi maximè molesta, & magis in oculis incurrentia prius mortificaris]

X

dividit




4^o H O R O L O G I V M.

dividit potest secundum triplicem viam perfectio-
 nis. Pro via purgativa. suscipienda mortificatio
 omniū sensuum & Passionum. 1. Fuga peccati leth-
 alis. 2. Fuga peccati venialis voluntarit. 3. Mor-
 tificatio oculorum. 4. Aurium. 5. Gustus. 6. O-
 doratus. 7. Tactus. 8. Lingua & variorum virtuo-
 rum ejus, mendacii, contemptus aliorum. 9. Phan-
 tasia. 10. Intellectus. 11. Appetitus. 12. Volunta-
 tis propria. 13. Superbia. 14. Avaritia. 15. Van-
 gloria. 16. Luxuria. 17. Invidia. 18. Gula. 19. Ire
 & impudentia. 20. Acedia. Pro via illumina-
 tiva, servit exercitium & acquisitio omnium
 virtutum, quarum 1. Fides. 2. Spes. 3. Diffiden-
 tia fui. 4. Fiducia in Deum. 5. Iustitia. 6 Re-
 ligio. 7. Pietas. 8. Obedientia. 9. Gratitudo. 10.
 Amicitia spiritualis. 11. Humanitas. 12. Affibili-
 tas. 13. Liberalitas. 14. Misericordia. 15. Eleemo-
 nia. 16. Prudencia. 17. Fortitudo. 18. Patientia.
 19. Temperantia. 20. Castitas. 21. Mansuetudo.
 22. Modestia. 23. Magnanimitas. 24. Humilitas.
 Pro via Unitiva, in qua intellectus, memoria
 voluntas cum Deo unitur. 1. Agnitus propria ca-
 erat. 2. Desiderium cognitionis & amorū Dei.
 3. Cognitio & amor SS. Trinitatis. 4. Eternitatis.
 5. Infinitatis. 6. Omnipotentia. 7. Sapientia. 8.
 Bonitatis. 9. Immensitatis, Immortalitatis, Veri-
 tatis, Fidelitatis, Iustitia, Misericordia, Libera-
 litatis, Sanctitatis &c. 10. Cognitio & Amor In-
 carnationis & Humanitatis Christi. 11. Cognitio
 & Amor Passionis Christi. 12. Venerabilis Sacra-
 menti. 13. Beneficiorum Divinorum. 14. Amor
 Dei. 15. Perfectio operum quotidianorum. 16.
 Lague.

Loquela spiritualis. 17. Contemptus omnium terrorum. 18. Cura exacta temporis. 19. Operatio ex spiritu. 20. Conformatio cum voluntate Dei. 21. Charitas proximi. 22. Presentia Dei. 23. Amorosa unio cum Deo. Ex his singula virtus & virtutes in suos gradus & actus dividenda; & unus post alterum vel extirpandus, vel inserendus.

V. Conducit valde ob negligentiam, aut defensum commissos nonnullam sibi pœnitentiam injungere, pœnamque infligere, ut hac ratione fortius pugnetur, vel animus ad pugnandum excitetur atque adigatur.

VI. Quoniam vero sine speciali gratia Dei nec minimum quidem virtutem excipendi, aut minimus virtutis actus exerceri, aut gradus insimiliter acquiri potest, propriea iudicis iepius imploranda divina gratia, per suspiria preces, opera pœnitentia, sacramenta, patrocinia Sanctorum in ea virtute, cui studes, excellenciam, ac ramdu uni inferendum, donec ita viceris ut rarissime cadas; virtutis vero intensum habitum acquisiveris proinde in facilioribus minus diu, in difficulterioribus diuissimis inharentum erit.





H O R A II.

CONVERSATIO SACERDOTALIS.

I. Quibus hæc Conversatio incumbat.

Non solum curam animarum gerentes, verum etiam Sacerdotes simplices cooperari oportet ad salutem animarum, quod teste S. Chrysostomo, operum omnium divinissimum est: neq; illis occasio & rem: pus deesse poterit, sive domi, sive foris pre- servim se negotia secularia vita averint, juxta Apostoli dicitur in Etrinam 2. Tim. 2. Nemo mi- litans Deo implicari serebus secularibus. Idem & intelligendum de Religiosis vita: activis aut mixtæ ex instituto suo additis, Concionatoribus, Confessariis, &c.

Si igitur à prandio circa horam pri- manu vel secundam exire & cum proxi- mo conversari vacet & libeat: conversatio hec instituenda est, non ad tempus, nimis pretiosum, fallendum, sed ad spiritualem proximi utilitatem, & salutem anima- rum, vel per modum visitationis amicorum, vel instructionis rudium, vel conversionis Acatholicorum, vel reconciliationis diffi-

VI

X 3:

denuo

dentium, vel consolationis afflictorum, ca-
ptivorum, infirmorum prævidendo & pre-
meditando, quâ viâ, quibus discursibus
aut mediis intentum fructum spiritualis
referas.

II. Qualis esse debeat con- versatio Sacerdotalis.

I. Conversatio sit innocua & sancta, ad
animas Deo lucrandas directa; in qua a-
gatur ut plurimum de rebus spiritualibus
vitentur, detractiones, lassiones charita-
tis, aliive linguae defectus.

II. Sit prudens, ut cuiuscunque statu
hominibus sermonem prudenter attempe-
ret; nullum verbum imprudens excidat;
nec de rebus etiam sacris ad satietatem
vel nauseam tractet: sed more S.P. Igna-
tii, sermonis initia aliis concedat. sibi re-
servet extrema: & Patris Friderici Specie
exemplo, saltem in discessu, si alias occasio
desit, piut & præmeditatum aculeum
non sine fructu alterius cordi infigebat.

III. Sit amabilis & grata, quaani-
mos delectet, devinciat, aequa adfructum
referendum disponat.

IV. Sit

IV. Sit seria & gravis, ut Sacerdotem decet. Inter seculares, nuga, nugae sunt; in ore Sacerdotis blasphemiae: ait sanctus Bernardus.

V. Sit angelica, ut volebat S. P. Ignatius: & quidni, cum Sacerdos Angelus Domini exercitum sit, in conversatione, familiaritate cum Deo, prudentia, sanctitate, affabilitate & benevolentia Angelos imitetur; prasertim in punctis sequentibus.

1. Quemadmodum Angeli, quando homines custodiant & ministrant; non desistunt ab assistentia; sed semper vident faciem Patris qui in coelis est: ita Sacerdos agens cum proximo, mentem crebro ad Deum elevet, per puram intentionem ac preces jaculatorias: non enim minus ignis amoris divini quam naturalis identidem ad centrum suum tendere debet.

2. Sicut Angeli non nisi jussi & missi a Deo, descendunt ministratum proximo: ita Sacerdos non exeat ad conversandum, nisi vel per superiores suos, quos Dei loco habet, iussus; vel per inspirationes divinas motus.

3. Angeli etiam quando proximo ministrant, nihil de fervore charitatis & visione beatifica dependunt: Sacerdos ita cures salutem alienam, ut non perdat propriam, nec de perfectione, charitate, aliave virtute quidquam amittat, nec spirituuali devotionis exercitia consueta omittat.

4. Quemadmodum Angeli Custodes hominum commissis sibi clientibus, custodes regnum suis regni, civitatum suis civitatibus ad vigilate, nec alterius officio se ingerit: ita Sacendores quoque animabus sibi à Deo commissis invigilent, nec alterius officio se immisceantur.

5. Sicut Angeli aquæ diligenter & libenter ministrant vili mendicabulo aquæ Regi potissimum: ita verus zelator animalium sine acceptione personarum aquæ promptè auxilietur omnibus.

6. Quemadmodum Angeli libentius adsunt, juvant quem agis solatii & opis indigos, ita strenuus operarius, auxilio solatio, consilio promptius adest egenioribus, quales sunt parvuli, rudes, pauperes, agri afflitti & similes.

7. Keluti Angeli amore Dei successi-

simil

simil ardēt zelo animarū; omnesq; ho-
mīnes cupiunt ad cōlūm perducere, ut re-
bellum Angelorū ruinas restaurēt: Ita
Sacerdos Apostolicus desiderat convertere
Cōlōo inferre quotquot potest: ut suade-
bat S. Augustinus dicens: Si amatis De-
um rapite omnes ad amorem Dei:

8. Angelī Custodes usque ad mortem
Clientes non deserunt. Immetur Zelotes,
suisq; adhuc usque ad mortem, ad quam
picobenundam eos disponat: nec cesset labo-
rare pro gloria Dei, quamdiu vires sup-
petunt, donec cum Elia igneo charitatis
currurapiatur in cōlūm. Exemplo Chri-
sti, suos in finem diligat.

9. Angelī eādem alacritate & lātitia
per scalam Jacob ascendunt & descendunt:
Sacerdos Apostolicus, eādem promptitu-
dine per orationem, meditationem, aliaq;
spiritū exercitia ad Deum ascendat, quā
ad proximum juvandum descendit:

10. Angelī semper in pace & gaudio
degunt, quo cunque eventu imperiurbabi-
les, sola voluntate Divinā contenti: Ob-
servet hoc Sacerdos, si laboribus strenue
impensis fructus non respondeat de præmio
tamen suo certus.

III. Impedimenta zelum retardantia
& pericula.

I. *Impedimentum zeli animarum est nimis quietis solitudinis & orationis amor. Hunc desiderio & amore salutis aliena tempera: cogitatibi, ut Petro, à Domino dici: Petre amas me? pasce oves meas.*

II. *Impedimentum est horror difficultatis & laboris: excitate gustus divino espe promissae: Unusquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem.*

III. *Impedimentum diffidentia de gratia vocationis divinae & nimis ad vires proprias respectus: Dicat Sacerdos cum Apostolo: Deus operatur velle & perficere: omnia possum in eo, qui me confortat.*

IV. *Impedimentum metus morbi, alteriusve periculi corporalis aut spiritualis. Expendat dictum Christi: Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: & vita qua propter charitatem periculo exponitur. per charitatem melius conservatur: novit Deus te protegere in periculis, ut Abraham in Chaldaea, Lotbum in Sodoma, &c.*

V. *Impedimentum, laboris sterilitas.*
Sch



Sed excita te meditatione hujus: Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum: reddet autem, non secundum proventum, sed secundum laborem uniuscujusque. Planta, inquit S. Bernar. ad Eugeniga, fer curam, & tuas explevisisti partes: sane incrementum, ubi voluerit dabit Deus; ubi forte noluerit, tibi deperibit nihil.

Pericula quoque cavenda diu. Primum, ne zelus in amorem sensualem & vitium gulæ defectat, & vanæ ex esculentis & poculentis recreatiuncilæ querantur, quod vilenimus & abjectum est. Alterum ne affectus initio spiritualis paulatim degeneret carnalem. Sepe videtur esse charitas, & est magis carnalitas, ait Thomas de Kempis t. I. c. 15. Hoc periculum graphicè depingit B. Angela de Fulginio, in vita c. 16. Quomodo paulatim amore evadat sensualis crescat, obnubilet, excæctet, ad parva inducat, ac deinde in majora peccata præcipites.

I V. Motiva zelum excitantia.

I. Excita nonnunquam in re staccessentem zelum consideratione motivorū eternorum, quorum primum est, gloria maxima Dei, & gaudium quod in conver-

sione animarum Deo & Argelis creamus.
 Magna festivitas Deo, humana salus: in
 quit Origenes, & lucrum Creatoris salus
 creature, ait S Hieronymus. Quod si vel
 unicam animam laboribus tuis damnati-
 oni erexit ad cœlum dirigas; quis ca-
 piat, quanta inde Deo gloria accrescat:
 major sanè, quam ab omnibus mortalibus
 in hac vita præcisè Deo parta fuerit: quid
 enim omnes in hac vita præstitere, fi-
 nitum est, quod verò anima illa per te ad-
 jutain cœlo præstabit, aeternum est: finiti-
 autem ad infinitum nulla est proportio. Ta-
 ceo quod impediás, aeterna, que alias in
 Deum evomnisset, maledicta; summoque
 eam beneficio afficiás, dum illam ab in-
 cendiis aeternis liberás, & aeternis in calo
 deliciis, gaudiisq; beas.

II. Motivum alterum est pretiosissimus
 Iesu Christi Redemptoris nostri sanguis
 pro anima qualibet effusus. Quantum
 pretium: inde valorem unius animæ es-
 tima. Hec est tota animæ dignatio, ait S.
 Bernardus: etenim valor rerum desumit
 sur ex pretio; hinc animam appellat di-
 gnam sanguinis, Christi compensationem.

Quis

Quis igitur labor durus videri debeat?

III. Motivum pulchritudo animæ, de qua dicere solita S. Catharina Senensis: si quis eam videret, si posset, centies in die pro ea mortem oppeteret.

IV. Motivum: præter gaudium & letitiam; complacenciam & Gloriam, quam Majestas divina tota & eternitate in anima ista per te ad cœlum directa habebit; quanta in te inde per totam eternitatem redundabit latitia, gloria, exultatio: quas anima illa Deo salutis sua authori, & ibi velut Dei instrumento eternum rependet grates?

V. Praxis Conversationis.

I. **E**xiturus ad conversandum ac fru-
stificandum, Spiritus S. gratiam
implora, ut linguam tuam dirigat, verba
suggerat, auditores moveat, quo scopum
tibi præfixum obtineas. Deinde si zelo ani-
matum & amore Dei afflaveris, necesse
non erit suggerere quid loquaris: nam ex-
abundantia cordis loquetur: & cuiusq;
necessitas spiritualis opportunitatem & ar-
sam dabit, aut instruendi, aut consolandi,
aut animandi.

II. Sæ:

II. Si instructurus sis vel Patremfa-
milias, vel Matremfamilias, vel Juvenes
aut pueros facile singulis apta documenta
inculcabis. v. g. de servanda inter Conjuges
charitate, pace, patientia, cura domestico-
rum, amotione scandalorum &c. prolibus
vero explicando mysteria fidei, hortando
ad timorem Dei, horrorem peccati, honore
Parentum, fugam pravae Societatis, &c.

III. Si consolaturus sis pauperes, affi-
ctos ob damna temporalia, vel mortem
charorum. Varia pro consolatione propo-
nes. 1. Nihil sine voluntate Dei evenire.
Omnia à Deo optimo Patre in nostrum bo-
num ordinari. 2. Deum robur daturum,
nec passurum nos tentari aut affligi supra
vires. 3. Exemplum Christi patientis
Sanctorum. 4. Præmium aeternum pro
momentanea tribulatione. 5. Tribulatio-
nes esse signa prædestinationis. 6. Omnia
adversa leviora esse inferni tormentis to-
ties promeritis. 7. Nullum in mundo esse
absq; cruce. 8. Recurrendum ad vulnera
Christi, ad B. V. &c.

IV. Si exeras curatum morbos spiritu-
ales, vicia & peccata. Necesse est 1. More

medicorum primò cognoscere morbum, ab infirmo se aperiente. II. More S. Ignatii propriis armis hostem jugala, technis & fraudibus in ipsum conversis. III. Ipsam morborum spiritualium radicem evellere stude. IV. Instar medici mortum infestorem è pluribus primò aggredere, deinde minus infestos; sed paulatim, observando tempus opportunum, & nisi necessitas urgat suaviora potius quam acerba medicamenta adhibendo, qualia sunt. 1. Oratione fervens. 2. Lectio librorum piorum, de Inferno, Judicio, Eternitate. 3. Fiducia in Deum, Passionem Christi, B. V. 4. Crebra Sacramentorum usurpatio. 5. Abstinentia à peccato, primo per unum, deinde duos, deinde plures dies ad honorem SS. Trinitatis, B. V. &c. 6. Propositiones penarum peccatis debitarum: Exemplorum & historiarum sacrarum.

V. Visitatus captivos excitate cogitando Christo praestari, quidquid Incarcerato praefiteris: in carcere eram & visitasti me. Matth. 15. Deinde hortare. I. Ut agnoscat Providentiam divinam circa se, eisq; se submitat, cureturq; ut sic

Sit in statu gracie; ut cum fructu carceris
squalorem sustineat. II. Semper captivus
sit ooccupatus, ne diaboli temptationibus ir-
retiatur, proinde vel labore si potest vel
Libros spirituales aptos legat, uelorei ro-
sarium, Litanias, aliaque. III. Muniatur
contra tentationes; quarum prima esse so-
let de molestia inolutionis, propone exem-
pla Sanctorum Martyrum, Religiosorum,
& commoda quae inde orientur. Secunda
ex carceris factore, vinculorum duritate;
rursus oppone exemplum Christi & Sancto-
rum, factorem inferni, premium Paradisi.
Tertia ex infamia: huic iterum occurre
exemplo Christi, & SS. Martyrum, nihil
faciendam, brevem infamiam apud homi-
nes, modo famam bonam aeternum nanci-
camur apud Deum. Quarta oritur ex odio
eorum qui causassunt incarcerationis: op-
pone exemplum Christi orantis pro inimi-
cis: ostende hos fuisse instrumenta divine
justitiae, quorum intentio licet forte fuerit
mala, Dei tamen intentionem fuisse opti-
mam: denique vindictam relinquendam
Deo. V. Nascitur ex condamnatione ad
mortem: sed exemplo Christi penitus:

resignet : non mea sed tua voluntas fiat:
Magistratus nihil faciet, nisi quod ab aeter-
no decrevit Deus: Et præstat nunc bene-
præparatum obire mortem feliciter, quam
postea forte improvisò et infeliciter. IV.
Ante fatalē sententiam frequenter visi-
tentur, tentationes eximantur, ad Sacra-
menta Pœnitentia et Eucharistia dispo-
natur: Et ad exhortationes generalem de-
tota vita. V. Post latam sententiam indis-
cavus ut eam velut de manu Dei suscipiat,
gratiasq; agat quod praeviam mortem pie-
queat obire. VI. Die fatali rursum consti-
teatur reus, indulgentias lucretur; promis-
tantur sacrificia celebranda pro defuncto.
Initio ad supplicium prælegantur pisi affe-
ctus et orationes. Cansfield trabe fatali-
bus loco supplicii, animetur exemplo S. An-
dreae. Denique rogetur num quid adhuc
conscientiam gravet; num que tentatio
impugnet: Et verbis exquisitis animetur
ad ultimam luctam, omnibus ignoscat,
alius fidei spei, charitatis, contritionis, re-
signationis eliciat, Crucifixum amorosè
osculetur et pectori apprimat, atq; inter
sacrorum nominum ingeminationem gla-
diuum

dium aut laqueum suscipiat. VII. Post mortem à circumstantibus preces pro defuncto petantur, & fiant flexis genibus. Deniq; pro successu felicis gratiae agantur. Cognati invitantur pro solatio, quibus mors pia & christiana recensetur, precesque pro anima defuncti ab eisdem rogentur.

VI. Visitaverus infirmos, cogitate Christum invisere, dicentem: Infimus eram & visitasti me. Matth. 25. Ex visitatione hac saepe dependet aeterna salus infirmi: ex ejus neglegenti vero damnum mortis infelicitis irreparabile: quare liberter & diligenter visita; & sequentia observa. I. In promptu habe exempla dicta Sanctorum, aliaq; infirmis opportuna; nisi & librum spirituale, aut precum, ex quo preces aut documenta de promas, vel infirmo legendum relinquis: deinde ad similitudinem Crucifixi, nummismata indulgentiarum, reliquias Sanctorum, que subinde veneranda vel osculanda porrigantur. II. Quod plures sunt quibus propria sanitas sua necessaria est ob curam animarum, et majorem illius curam gere: hinc cavente

facit

Post faciem ori decubentis nimis propinque admoveas, balitumve malignum astrahas, & ne ager lecto aperto, calore venenato te inficiat; neque jejunus facile accedas, quin saltrem quibusdam antidotis contra foetorem minitus sis, feras aperiri aut ex granis juniperi suffum exitari cures. III. Ad fama & honoris tuo consulendum non facile cum agris sequioris sexus, clausa janna, aut extra aliorum conspectum loquere; sed vel socium adhibe, qui videre te queat, vel saltem cura ne ostium clausum; aut locus obscurus sit; arque tunc colloquium non longius quam necesse fit, protracte.

IV. Aegrum aditurus Spiritus Sancti opem implora, uti & intercessionem Beata Virginis, Sancti Angeli Custodis tui & infirmi: quem, domum ingressus aqua Iustrali asperge: infirmum & adstantes humaniter saluta, quaestiones nonnullas de morbo præmitte; si patientem esse intelligas, infirmum lauda, querelas vero patienter audi &c. V. Instrue infirmum ut officio suo faciat satis. Erga Deum per reconciliationem,

resigna-

resignationem fiduciam. Erga Christum
per electionem in Magistrum, ac speculum
patientie, in Consolatorem, Protectorem,
Advocatum. Erga B. M. V. & sanctos Pa-
tronos per invocationem & imitationem.
Erga Medicum & Infirmarym per fidu-
ciam, gratitudinem, obedientiam. Erga
visitantes per adificationem, benevolentiam,
gratitudinem. Erga seipsum, per tristitia-
& impatientiae proscriptionem, resignatio-
nem, meritorum angendorum curam, ten-
tationum diabolicarum uictoriam, iacchu-
cem & passionem Christi fiduciam renun-
que sacrarum usum ad praesidium & sola-
rium. VI. Si mediatis suppetant cibo po-
tu, aliisq; solatiis corporalibus, pauperis
refocilla, aut certe ab aliis Eleemosynam
procura, nec minus spiritualia solatia of-
fer, ut sunt, sacrificia preces, variaq; mo-
tiva patientiae. VII. Ne infirmus otio-
sis & melancholicis cogitationibus obrua-
tur; suaviter occupetur: cogitationibus
de Passione Domini, variis precibus, offi-
ciis, litaniis, vel saliem suffiriis, letlio-
nibus spiritualibus, suavibus, piis, sed dis-
creatis & opportunis allocutionibus. In

sum situ super infirmum ora, Benedictionem
ulum sacerdotalem impertire, & aquâ lustrale
rem, afferge. VIII. Si mortis periculum note-
Pa- tur, aut à Medico intelligatur, eos uavi-
num. ter & prudenter denuntiato, infirmum ad
idu- confessionem, Communionem & extreman-
Erga vunctionem dispone, contra tentaciones mu-
nitia, varijsque adius virorum ac preces in
titia promptu habe, IX. Post suscepitam ex-
tatio. tremam Vunctionem Infirmus, si circum-
ten- santi patientur, valedicere poterit Con-
cru- jugi, liberis, amicis & adstantibus: agen-
uon- do gratias pro beneficiis & obsequiis: of-
soia- fensarum veniam petendo, vicissimque
po- ignoscendo: proles conjugi commendando,
nem- quemadmodum Christus Matri Joannem
a of- commendavit: proles ad timorem Dei, o-
mo- bidentiam Ecclesiae, honorem Matris, pa-
ctio- cem & salutis curam hortando, animam
rus- suam eorum precibus commendando, be-
ibiu- nedictionem eis dando; ac denique omni-
offi- bus valedicendo. X. Lucretur Infirmus
Elio- indulgentias concessas Sodalibus nomen Ie-
dis- su & Marie in morte invocantibus aut
nra- nummisma habentibus: ostende Crucifixi
bitu- effigiem, tanquam clypeum contra hostes,

&

500 H O R O L O G I V M

Et stimulum patientie ac fiducia. Tradere censem benedictum, quo ager protestetur se mori velle in fide Catholica, et sperare lucem aeternam per Christi merita, qui est lux vera: denique se esse paratum et instruendum, instar Virginis prudentis lampade ardente oleo Charitatis, ad obviandum Sponso cœlesti. X I. Inchoante agone recita, Proficisciere anima Christiana, aliquaque preces et affectus, donec expiret moribundus. X II. Post mortem, ora subvenite Sancti Dei &c. quæ habes in Breviario. Deinde moestos Amicos consolare, eis vitæ brevitatem, mundi vanitatem, bene morientium felicitatem in memoriam revoca. Ad extremum adorationes et eleemosynas pro defuncto offerenda shortare; et ipse Sacrificia ac preces promitte; teq; ad religiosè vivendum et sancte moriendum excita. Hæc et similia vide prolixe in instructione practica P. Lobner integro libro exposita.

H O R A III.

Vesperas & Completorium.

Canta vel recita, juxta præxim manè hora quinque prescriptam, subiunge lectionem libri spiritualis.

Lectione

L
tri
justino
mentur
Aurena
satuto
tem sob
institutu

I. L
modum
distinct
qua ha
numer

II. I
ut fand
doceas
moner
tam qz
volumi

III.
jenda
multa
tiorem
ingenit
Quema
tatione

IV.
ficies
ciant i

V.
mititu

Lectio libri Spiritualis:

Lectio hæc est orationis germana soror, adiutorix & subsidium: est SS. Chrysostomo & Au-
gustino testibus, spiritualis animæ cibos & nutri-
mentum: hinc eam Timotheo suadet Apostolus:
Attende lectioni. 1 Tim. 4. Huic itaque indies
statuto tempore semihoram aut saltem quadran-
tim solidum tribue; atque ut majore eam fructus
instituas, sequentia servare satage.

I. Lectio hæc ascetica, non sit festina, quemad-
modum historias legere consuevimus, sed tarda,
distincta, quiera, & attenta: imitanda gallina,
qua haustis aliquot aquæ & guttis mox caput in al-
lumerigunt, & in oculum suspiciunt.

II. Dirigenda lectio ad hoc, non ut doctior, sed
ut sanctior evadas: non ut discas præcise, aliosve
doceas: sed ut ipsem in virtutibus proficias. Ita
monet S. Bernardus: si ad legendum accedat, non
tam quarat scientiam, quam saporem & gustum
voluntatis.

III. Non nimis multa uno eodemq; tempore le-
genda, nec multæ pagina unâ vice percurrendæ:
multa enim lectio fatigat; neque tam reficit in-
teriorum animum, quam frangit, sensumque &
ingenium hebetat, ut docet idem S. Bernardus.
Quemadmodum multa cibi, cum modica masti-
tatione, ingestio, nutritioni obest.

IV. Legendi sunt libri, ut suadent SS. PP. non dif-
ficiles & subtile, sed faciles, non qui curiosè pas-
cant intellectum, sed qui piè inflamment affectum.

V. Denique ad fructum è lectione referendum
mutum facit, ante lectionem implorare gratiam
divi-

divinam & cogitare, sicut in oratione nos loqui-
mur cum Deo, ita in piorum librorum lectione,
Deam loqui nobiscum: dicendum igitur ante lec-
tionem cum Samuele: laquere Domine quia au-
dit servus tuus: post tandem gratia agenda & pro in-
structione & lumine; si resque petenda pro le-
ctorum adimplerione.

HORA IV. & V.

Studium, lectio, scriptio, veluti manè ad ha-
ram X. expositum est, aliæve occupationes neces-
saria aut utiles pro cujusque officio.

HORA VI.

Duabus heris studio impensis, aliquantulum
respira, ne nimis diu ad laborem studiorum in-
cumbas. Recitari possunt Rosaria, aliæve parva
officia, aut preces pro diversitate anni temporum
aut dierum. Nunc lege, nunc ora, nunc cum fir-
vore labora: sic erit hora brevius; sic labor ipse levius.

HORA VII.

A medio septimæ, vel horâ septimâ ad olla-
vam cœna & relaxatio animi nonnulla, juxta
praxes ad horam XI. XII. signatas.

HORA VIII.

Recita litanias de omnibus Sanctis: idque
cum majore devotione pergas: prosternete co-
ram sanctissima Trinitate, in cœlesti regno, cir-
cumdatâ innumerâ multitudine Angelorum &

SAN-



ac cum illis eandem sub initium supplex adora,
pro beneficiis gratias age, pro te, alia, que veniam,
gratiam, perseveram: am, gloriam, unico quasi
gemitu exposce: deinde sanctorum per ordinem
patrocinium invoca, ac varia sub Litaniarum
finem prote & Ecclesia militare postula, per
Christi Domini, B. V. & GS. merita.

A I quadrante ad II. examen particularē
institue, defectus commissos, aut actus virtutum
elicitos in libello ad hoc preparato annota, iuxta
praxim notaram ad horam I. Deinde pro sequenti
diem materiam meditationis relege, eamque me-
mor & ruditer manda; Denique si tempus super-
sistit lege capitulum ē libello Thoma de Kempis de
imitatione Christi, nisi manē a sacro legeris, eamque

A II. ad III. quadrantem discute conscienc-
iam per examen generale singulas diei horas
percurrendo. & loca in quibus



Versatus es.



Y

EXA-

95 (504) 52



Dum Tempus habemus operemur bonum Ad Galat.

EXA.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IXAMEN CONSCIENTIÆ

Quinque Puncta complectens.

unctum I. ad SS. Trinitatem.

Solve Deo grates.

O Mnipotens sempiterne Deus, gratias
tibi immortales ago , pro beneficis
mūibus,tam à primo vitæ momento, ad
uncusque horam in me collatis , quām
to aliis deinceps in omni vita mea, cotá-
ue æternitate conferendis.

Gratias ago tibi, ô Pater Æterne ! ob
morem illum infinitum , quo ab æterno
ne prosecutus es , tam paternè de me co-
itando , & eligendo , statuendo & præ-
stabilitando; ac in tempore immeritum præ-
numeris aliis longè melioribus exaby-
sonibili mei extrahendo,arque ad imagi-
nem & similitudinem tuam creando.
Taterè mihi donando animam bonam,
genium docile, memoriam,intellectum
& voluntatem, cognitionis & amoris tui
pacem : corpus etiam non mancum aut
morbidum, non cæcum, non surduum aut
mutum; sed integrum & sanum, tot offi-
ciis & nervis compactum , tot potentiis

500 HOROLOGIVM

ac sensibus instructum ad serviendum i-
bi. Tantam quoque rerum creatarum va-
rietatem mihi offerendo ad sustentatio-
nem & recreationem meam, in cœlo, aëre,
terrâ, & mari. Angelum denique tutelæ
meæ deputando, per quem ab innumeris
occultis & apertis, corporis & animæ pe-
riculis me liberasti.

Gratias quoque ago tibi, Salvator mi-
JESU Christe, ob amorem illum infinitum
quo me prosecutus es, eò usque, ut pro-
me redimendo, humanâ carne vestiri, in
stabulo nasci, tam mira agere, tam dira pa-
ti, ac mortem crucis acerbissimam subire
volueris: peccatis inquinatum per Poenitentia
Sacramentum toties ablueris: esu-
rientem Corpore & Sanguine tuo pretio-
so toties refeceris; ignorantis tot morum
documenta, & virtutum exempla in ad-
mirabili vita tua & fidelium servorum
tuorum reliqueris.

Gratias pariter ago tibi, ô Sancte Spi-
ritus Paraclete! ob amorem illum infini-
tum, quo me prosecutus es; quod scilicet
me prætot aliis, in peccato originali ex-
tinguis, de potestate diabolieripueris; ad
gratiā



gratiā Baptismi & Confirmationis me
perduxeris; ex Filio iræ, regni cœlestis hæ-
redem instrueris; tot inspirationibus præ-
veneris; Fide, Spe, Charitate, ceterisque
donis tuis me condecoraris; ab hæresi
præservatum Ecclesia tuae sanctæ aggredi-
cāris; atque in ea ad ordinem, & dignita-
tem Sacerdotalem immerentē elevaveris.

Pro his itaque & aliis, notis ac ignotis
summis beneficiis tuis, gratias, quas pos-
sum, maximas habeo, o Sanctissima Tri-
nitas! ut & pro omnibus beneficiis col-
latis Sacrosanctæ Humanitati Christi Do-
mini, Beatissimæ Virgini Mariæ Matri e-
jus, S. Angelo Custodi meo, omnibus aliis
Angelis & Sanctis, præsertim Patronis
meis, omnibus hominibus Christianis,
Gentilibus, hæreticis & peccatoribus, om-
nibus damnatis & dæmonibus, omnibus
etiam creaturis ratione parentibus: pro
quibus omnia Jesu, Mariæ, & Sanctorum
merita offero; atque unicè opto, ut pro
singulis hisce beneficiis infinitæ tibi red-
dantur à me & ab omnibus, gratiarum
actiones, adorationes, laudes & benedi-
ctiones, per singula momenta temporis &
æternitatis. Amen.

Y 3 P 37

Punctum II. ad Deum Patrem.

Pete Lumen.

O Pater luminum! per charitatem tuam
æternam erga me, obtestor te, mentis
meæ tenebras discute, memoriam renova,
intellectum illumina, voluntatem inflama
gratiæ; copiosam largire, omnia pecca-
ta mea, dicta, facta, cogitata, omissiones,
imperfectiones, & negligentias perfide
cognoscendi, derestandi, deflendi, & con-
fundi, emendandi, eorumq; occasiones
follicitè præcavendi. Aperi mihi, Domine,
oculos animæ, ut videam voluntatis meæ
inconstantiam, carnis fragilitatem, pro-
pensionem ad malum, infirmitatē ad bo-
num, pericula mundi, retia diaboli; ut cau-
tè deinceps ambulem, vitam seriò emen-
dem, injuriam tibi illatam repararem, & glo-
riam tibi ablatam pro viribus compensem.

Punctum III. coram Christo Iudice
omniscio, assistente hinc S. Angelo Ca-
stode, inde Diabolo accusante.

Discute mentem.

Examina à momento quo evigilasti, usq; in pre-
sentem horam, quas primas cogitationes evi-
gilans admiseris, quam alacriter surrexeris, quam
fervent-

serventer preces matutinas persolveris, quam
exacte examen vespertinum pridie institueris, quia
te gesseris in horis recitandis, in preparatione, ce-
lebratione, & gratiarum actione sacrificis: in ne-
gotiis, in refectione corporis, in colloquiis, in con-
versatione cum proximis, in cura animarum tibi
commissarum, in mortificatione passionum, in re-
sistentia tentationum, in omissione bonorum ope-
rum, in exercitio virtutum in custodia sensuum,
in observantia preceptorum & uotorum, in fuga
& remedii peccatorum etc. Si quid delicti oc-
currat, dolorem elice: si nihil notabile acciderit,
Deo gratias age: atque interea erubescere, quod
postior annos in statuam sublimi & sancto trans-
stos, postior meditationes & examina, postea
exhomologes & sacrificia, aliaque a deo potentissi-
miper naturalia media, tam parum nihilominus
in spiritu profeceris, tam exiguam vite emenda-
tionem offendenteris, & forte nullum adhuc vitium
penitus extirparis, nec ullam solidam virtutem
perfecte acquisieris: & cum religiosissimo Thoma
Kempensi lib. 4. de Imit. cap. 7.

Ingemiscere dolere, quod adhuc ita carnalis sis
& mundanus, qui mundo & carni deberes esse
moreus ut pote in Christi sortem adscriptus. De-
plora, inquam, quod sis tam immortificatus à
passionibus, tam plenus concupiscentiarum mos-
tibus, tan incustoditus in sensibus exterioribus, tamen
sape mulcet vanis phantasias implicatus, tam
mulcet inclinatus ad exteriora, tam negligens
ad interiora: tam levius ad risum & dissolutionem:
tam durus ad fletum & compunctionem: tam

P
HOROLOGIVM
promptus ad laxiora & carnis commoda, tam
segnis ad rigorem & fervorem: tam curiosus ad
nova audienda, & pulchra intuenda: tam re-
missus ad humilia & abjecta amplectenda: tam
anpidus ad multa habenda tam parcus ad dandum:
tam tenax ad retinendum: tam inconsideratus
in loquendo: tam incontinens ad racendum tam
incompositus in moribus & importunus in affectibus:
tam effusus super cibum, tam surdus ad Dei ver-
bum: tam velox ad quietem: tam tardus ad la-
borem: tam vigilans ad fabulas: tam somno-
lentus ad vigilias sacras: tam festinus ad finem:
tam vagus ad attendendum: tam negligens in-
boris persoluendis: tam tepidus in celebrando:
tam aridus in communicando: tam ciuo diffra-
etus: tam raro tibi bene collectus: tam subito
commotus ad iram: tam facilis ad alterius dis-
plicentiam: tam pronus adjudicandum, tam ri-
gidus ad arguendum. tam latus ad prospera:
tam debilis in adversis: tam saepe multa bona
proponens: & modicam ad effectum perducens His
& aliis defectibus tuis cum dolore & magna dis-
plicentia propria infirmitatis, perpensis, discussis,
& deploratis, firmum statue propositum, vitam
tuam emendandi, & in melius proficiendi.

Punctum IV. ad Dei Filium.

Delicti veniam posce.

Dolor de peccatis venialibus.

Constitutus sum a te, Redemptor a-
mantissime, in eo statu, in quo non so-
lum propriā salutem & sanctitatem pro-

CUIA

S A C E R D O T A L E. SIE

curare, sed reliquos quoque Fideles verbo
& exemplo instruere, illuminare, & ad sa-
lutem & perfectionem perducere debe-
rem: sed, eheu! quam parum id haec tenus:
præstigi præsentim hodie? quot imperfe-
ctiones & negligentias, quot peccata ve-
nialia rursus commisi? quæ licet venialia
sint, levia tamen esse non possunt, cum te
Deum O. M. offendant, & pœnis acerbis-
simis, omnibusq; mundi tormentis lon-
gègravioribus in altera vita expiandasint.

Doleo igitur, o JESU dulcissime! quod
tibi, omni omnium creaturarum amore
& cultu dignissimo, tantâ hodie negligen-
tiâ serviverim; & protot beneficiis tuis
tot peccata rependerim. Agnosco & fa-
teor libens miseriam & malitiam meam:
nam omni ferè momento diversæ peccan-
di occasions & tentationes subtilissimè
se insinuant: jam curiositatis & loquacita-
tis, jam iræ & impatientiæ; jam conten-
tionis & æmulationis; jam sensualitatis &
vanitatis; jam distractionis & evagationis,
aliarumque innumerarum culparum &
imperfectionum: & quoties vel negligentie
ter resurri, vel omnino cessi & victus sum?

Y S

Do-



HOROLOGIVM

Dolor ob pœnas temporales promeritas.

DE his itaque & omnibus aliis totius
vitæ meæ peccatis in primis doleo, mi-
Jesu, quia à justitia tua graves hujus vita
pœnas promerui ; cum Davide pestem,
cum Ozia subitaneam mortem, cum Eze-
chia valetudinis, honorum & vita dispen-
dium; in altera verò vita longam cœlestis
gloriæ & visionis beatificæ dilationem,
atque acerbissima flammarum purganti-
um incendia & tormenta.

Dolor ob damnata spiritualia.

DOleo deinde, Redemptor mi, quod
peccatis hisce tam leviter consentien-
do, in graviora labendi pericula me expo-
suerim : diabolicis insultibus aditum pa-
refecerim ; ardorem charitatis imminue-
xim; intellectum obscurârim; voluntatem
induraverim ; gustum & alacritatem in
virtutum exercitio suffulerim ; meipsum
multis gratias & gloriæ gradibus; te verò,
Deum meum, oblectatione & compla-
centiâ infinitâ privâtim.

Dolor ex motivo amoris.

DOleo denique ex animo, mi Salvator,
qua tot tantisque beneficiis tuis me



ingratum exhibui: animam meam, Spon-
sam tuam, tot peccatorum maculis defor-
davi; eamque oculis tuis minus acceptam
reddidi: unionem arctiorem cum Divina
Bonitate tua impedivi; voluptatulam bre-
vem, vanam gloriolam, lucellum tenue,
amoretui, & Bonitati tuae infinitae quo-
dammodo praetuli: atque adeo te non ex-
toto corde super omnia perfectè dilexi:
quia partem cordis & amoris mei rei
evanidæ cessi; multa tibi summo Bono
meo displicentia perpetravi; & Majesta-
tem tuam infinitam sæpius offendii. A-
gnus Dei qui tollis peccata mundi misere-
re mei: ego enim ex intimo corde doleo,
quod te summum & unicum Bonum
meum vel in minimo offenderim.

Dolor de peccatis mortalibus.

Si die aliquo peccatum lethale admiseris (quod
Deus avertas: hoc enim in Sacerdote, aut Re-
ligioso horrendum & abominabile monstrum fore)
sequendum contritionis actum, singula expenden-
do, quam serventissime elice.

Dolor ob dedecus & infamiam contractam.

Ecce mi Jesu, Ego N. sum ingratissima
illa creatura, tot beneficiis à te ornata,
tanto sanguinis profluvio redempta, atq;

exaltata : & ego tamen , verè servus ne-
 quam , & rebellis , pro bono malum red-
 didi , & nefandis sceleribus Bonitatem
 tuam infinitam graviter offendit . Christia-
 nus sum , in Baptismo sub Crucis vexillo
 adscriptus , Mundo , Carni & Diabolo
 abrenunciavi ; sed verbis non steti , fidem
 fregi , te Ducem optimum deserui , atq;
 iterum ad Diaboli castra turpiter transfu-
 gi . O quām me pudet ! Ego Sacerdos
 sum , personā tuam sustinens , & vesti-
 menta gerens : at eheu ! personā tam no-
 bili depositā , vilissimi mancipiū , ac Sacri-
 ficiū Dæmonis latvam malitiosē assum-
 psi . O quām me pœnitet ! Templum
 Christi sum , & Sacrarium Spiritus sancti
 toties à te mundatum , visitatum , posses-
 sum : & ego hoc gratissimo Hospite ac
 Domino ejecto , illud in cloacam Veneris
 ac in venenatam draconum & bufonum
 infernalium speluncam converti . O quām
 doleo ! quām erubesco !

Dolor ob amissum Cælum.

Cœlestē Palatium , æternum Dei Re-
 gnum , Angelorum contubernium ,
 Sanctorum omnium consortium , velu-
 ptatis

ptatis Paradisum, visionis beatificæ gaudium, æternam Deitatis fruitionem & possessionem, Coronam gloriæ immarcessibilem, bravium, jubilum, solatum, vitam interminabilem, pro re nihili, pro quisquiliis momentaneis, pro pomo patrido, stolidi instar pueri, vendidi & amisi. O quam doleo!

Dolor ob Infernum promeritum.

PRÔ quanta amentia! pro gutta mellis immensum fellis tartarei oceanum acquisivi: pro brevi honore, æternum decus: pro levi voluptate, æternum tristitia aculeum: pro vili lente æternam famem & sitim: pro re nullius momenti æternas tenebras, æternos fætores, conscientiæ vermes immortales, torrentes flamarum inextinguibiles: nunquam desicura Dæmonum tormenta, nunquam cessatura damnatorum flagella & incendia; deniq; damnationem, maledictionem, ac desperationem nunquam terminandam. O quæ cœcitas! quæ vesania! à Deo Creatore & Salvatore meo, protervè me averti, & ad fallacem boni apparentis umbram me converti: ideoq; dignissimus

96 HOROL OGIVM

sum, ô Deus! ut & in hac vita & in altera; tam in judicio particulari, quam universalis avertas faciem tuam à me, & in aeternum projicias me à facie tua, atque in horrendam abyssum infernalem me precipites. O quam doleo!

Dolor ex motivo Charitatis.

Sed vel maximè doleo, Deus meus, & millies magis dolere desidero, ex gratiâ amore tui: quia scilicet offendit te, quia laesi & contristavi te summum & infinitum Bonum meum; quem nunc ex toto corde super omnia diligo; ideoque peccata mea super omnia mala summa detestor. Peccavi in cœlum & coram te, Servator mihi: peccavi in omnipotentiam tuam quæ me creavit; peccavi in sapientiam tuam, quæ me peccantem aspergit; peccavi in Bonitatem tuam, quæ me sic ab aeterno dilexit: peccavi in misericordiam tuam, quæ toutes mihi pepercit: peccavi in Justitiam tuam, quæ supplicia æterna intentavit. O quam doleo purè amore tui! peccavi non solum contra Divinitatem, sed & contra Humanitatem tuam, mi Redemptor; contra vulnera &



tormenta tua, contra sanguinem & passi-
onem tuam; contra crucem & mortem
tuam; quæ omnia contempsi, sprevi, con-
clicavi; & quodammodo ostentui habui;
ac quantum in me fuit, iterum te, Filium
Dei, in memetipso crucifixi. O furor!
O diabolica rabies! Quis dabit capiti meo
aquam, & oculis meis fontem lærima-
rum, etiam sanguinarum, quibus lugeam
& desfearam inexplicabilem malitiam me-
am? ah miserere mei Deus, secundum
magnam misericordiam tuam; & secun-
dum multitudinem miserationum tuarum
dele iniquitatem meam: & propitius esto
mihi maximo, ingratissimo & celestissi-
mo peccatori!

Punctum V. ad Spiritum sanctum.

Malumq[ue] fuga.

O Pater & Fili Amor æternus Spiritus S.
amo te ex toto corde meo, & in con-
testationem hujus erga te amoris, firmis-
simè statuo, cum gratia tua; peccata mea
emendare, viam mandatorum tuorum a-
lacrius currere, secundum sublimitatem
statu[m] mei, perfectius tibi in posterum ser-
uire; ac subditos mihi commissos melius

m.



instruere, & ad salutem æternam dirigere. Propono firmiter & efficaciter decerno contra omnia peccata strenuè pugnare, præsertim contra hoc N. N. Pravos Socios declinare; inimicis offenditam remittere: quascunq; etiam minimas scandalianas removere; omnes peccandi occassiones evitare: media hæc N.N. adhibere: hanc mihi pœnam; jejunium, orationem vel eleemosynam, in veræ pœnitentiæ signum injungere. Atq; ita seriò hæc decerno, ut potius omnia damna subire, tormenta dirissima sustinere, sanguinem profundere, & vitam ipsam amittere mililes malum, quam delicta hæc denuò in conspectu Dei mei, & in ejusdem despetum perpetrare.

Sed unde mihi tam labili & inconstanti vires hæc proposita exequendi? velle quidem adjacet mihi, perficere autem non invenio. Ad te igitur, ô divine Spiritus supplex configio: tu unica spes & robur animæ meæ; omnia possum in te, si tu me confortes. conforta me igitur & corroborata, ô Spiritus fortitudinis! auge fidem, confirma spem, accende charita-

tem



tem & qui dedisti velle, da & perficere
per Christum Dominum nostrum. Amé.

Subiungi possunt quinque Pater & Ave, tam
pro delictis illa die admissis, & indulgentiis lucrā-
dis, tum pro conversione peccatorum & solemni
delictum defunctorum, cum profunditatem cuius al-
bo inscriptus es. Quarante annos nonam, diem
clarae sequentibus punctis.

Praxis se Deo, Divisque sub
noctem piē commendandi.

Oratio I. ad Deum Patrem.

Mane nobiscum, Domine, quoniam ad-
vespera scit; custodi me ut pupillam o-
culi, & sub umbra alarum tuarum pro-
tege me, ne unquam obdormiam in mor-
te, & gratiā tuā excidam. Credo in te, ô
infallibilis Veritas! Spero in te, ô æter-
na nostra Beatitas! Amo te ô summa &
infinita Bonitas; atq; ab omnibus purissi-
mè & perfectissimè in æternum te amatū
desidero! quidquid hodie in toto terra-
rum orbe peractum est boni, id cum Fi-
lli tui meritistibi offero; utinam millies
illud augere & multiplicare potuissem.
Quidquid verò commissum est mali; uti-
nam vel sanguinis profusione impedi-
licuisset. Quidquid etiam hac nocte effi-
cietur:

HOROLOGIVM

cierar boni [præsertim à Sacerdotibus
& religiosis Famulis tuis laudes tuas psal-
lentibus & sacrificantibus] illud millies
angere & multiplicare exopto: quidquid
verò ab omnibus pescatoribus patrabitur
mali, idipsum vel morte mea arcere desi-
dero. Salva nos Domine vigilantes, cu-
stodi nos dormientes, ut vigilemus cum
Christo, & requiescamus in pace. Amen.

Oratio I. K. ad Christum Dei Filium.

O Salvator amantissime! in benedictas
manus tuas & in sacrosancta vulnera
tuam me, meos, & omnia mea hanc nocte
commendo; vota mea & tibi serviendi
proposita, ac piace quovis modo glorifi-
candi desideria, unquam à me elicita nunc
renovo; de peccatis hodie, totaque vitæ
commissis expuro amore tui summe do-
leo, & veniam ac remissionem humili-
mè flagito. Dignare, Domine Jesu, cum
Patre & sancto Spiritu benignè suscipere,
& infinita pietate tua supplere imperfe-
ctum hodiernum servitutis meæ obsequi-
um; ad maximam gloriam tuam, in gra-
tiarum actionem omnium beneficiorum,
in satisfactionem omnium peccatorum;

pro



S A C E R D O T A L E .
pro omnibus , pro quibus illud hodie ob-
tuli, ad impetrandum defunctis requiem,
vivis gratiam tibi perfecte placendi in
tempore & æternitate. Amen.

Oratio III. ad Spiritum sanctum.

O Divine Spiritus ! in sinuosa suavissimæ
Providentiae tuæ , me, meosque , ac
mundum universum protegendas, gubernan-
dos & conservandos hac nocte & in
hora mortis committo. O Spiritus puri-
tatis ! omnia pravaphantasmata , & viti-
orum irritamenta , contra voluntatem
meam esse ac fore protestor : dignare nos
sub alas paternæ protectionis tuæ suscipe-
re , ab omni malo custodire , tuæq; sa-
craissimæ voluntati semper & in omnibus
conformare ; ut in te vivere , in te mori ,
in te centro nostro æternam quiescere
mereamur. Qui cum Patre & Filio vivis
& regnas in secula seculorum. Amen.

Oratio IV. ad B. V. Mariam.

O Amabilissima Mater , gloriissima
Dei Genitrix & Virgo Maria ! per-
mitte me obsecro sub celestis pallii tuæ
umbra latere & sub protectione tua hac
nocte securè requiescere ; tu enim es , erisq;
sem-

522 H O R O L O G I V M

semper Mater mea gratosissima unicè collenda, amanda, glorificanda: sim ego quoque servus tuus & filius peculiarissimus. Monstra te esse Matrem nunc, semper, & ternalm: ô clemens! ô pia! ô dulcis Virgo Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & mortis horâ suscipe.

Oratio V. ad S. Angelum Custodem.

O Amantissime Angele Dei, & fidelissime Custos! qui me dormiente vigilas, & totâ nocte mihi assistere non gravaris: advigila, obsecro, ad me, totamque dominum hanc, & adversa omnia, ac Dæmonis insidias ab ea repelle. Dignare insuper loco mei sine intermissione sanctissimam Trinitatem laudare, & cras statuto tempore me excitare, ut captatâ tantisper quia erit, labores pro Dei gloriâ alacrius ref mere valeam.

Oratio VI.

O Sancti Tutelares & Patroni mei, S. Joannes Baptista, S. Josephe, S. Petre, S. Patile, S. Joannes Evangelista, S. Ignatii, S. F. Xaveri, S. Maria Magdalena, S. Catharina, S. Barbara, S. Theresia, cum annis



anni & mensis hujus Patronis, ceterisq;
Electis Dei dilectissimis; obsecro vos, me
quiescente, supplete vices fragilitatis meæ
in benedicendo, laudando & superexaltando
Domino Deo nostro, misericordia-
as ejus hac nocte & in æternum cantan-
tes; gratiamq; impetrante, in gratia ejus
vivendi, quiescendi, moriendi, & glo-
riæ ejusdem æternum perfruendi. Amen.

Petitio Benedictionis.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.

Praxis honestè pieq; eundi cubitum

Cubiculum ingressus, te lectumq; aquâ lustrali
asperge, memorq; Dei & Angeli tui presentis,
dam decenter qm verecundè uestes exuis, recita
psalmum Miserere & De profundis, pro defunctis
vel nocte ista exspiraturis, aut si placet, sequentes
oratiunculas.

Suspirium I. ad Deum Patrem.

Domine Deus, Pater cœlestis, qui Ad-
am post lapsum, tunicam fecisti pelli-
ceam; exue me veterem hominem & pre-
tiosâ gratiæ tuæ tunicâ me indue; quo
omnium terrenorum affectum sic exuam,
ut nudus nudum JESUM filium tuum se-
quat in via exilii, & consequar in patria
Paradisi. Per eundem Christum Domi-
num nostrum. Amen.

Suspi-

Suspirium II. ad Deum Filium.

Domine Jesu Christe, cœlestis Noe, amore nostri inebriate, & vestibus in passione tua spoliate, in pœnam nostram impudentiae: per hunc amorem & ruborem tuum supplico, sic gratiae veste me conuge, ut non incidam in confusionem eternam. Amen.

Suspirium III ad Spiritum Sanctum.

Spiritus sancte Deus, vestis gratiae contextor & artifex: quomodo erubescam dum anima mea virtutibus nuda susteret Judicii? Indue me nunc obsecro rogâ polymitâ & variegatâ donorum tuorum, ut tunc non appareat confusio nuditatis meæ. Per Christum Dominum nostrum.

Post hac ad lectum velut ad lethum, ad somnum velut ad fratrem mortis te compara. Lectus intrans: dic cum piissimo Ioanne Bergmanno: Ecce fortassis sepulchrum ingredior, vita incertius, nec crastinum certè mihi polliceri ausus. Deinde lateri dextero incumbens, involutis decenter induitio genibus, & decussatis ante pectus brachiis, somnum operire dicens: In pace cum Deo & hominibus in id ipsum dormiam & requiescam: In manus tuas Domine commendabo spiritum meum: cum desiderio intimo roties Deum Cherubim latitandi, & seraphim amandi, quoties per noctem corporis arteria salient.

INDEX

